

Universitätsbibliothek Paderborn

**Illvstrissimi Viri Petri De Marca Archiepiscopi Parisiensis
Dissertationvm De Concordia Sacerdotii Et Imperii, Sev
De Libertatibvs Ecclesiæ Gallicanæ, Libri Octo**

Marca, Pierre de

Parisiis, 1669

Capvt III.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15591

8 De Concordia Sacerdotij

societate concurreret, & una esse Ecclesia cui fide litter crederetur, unaque domus unitus Domini & unius redemptoris, in qua de uno pane & de uno calice nutriremur.

VII. Commune hoc officium communio nis cum Ecclesia Romana, cui impendendo cum ceteris provinciis Gallia astringitur, cognoverat ante omnes verutissimum ille Lugdunensis antistes Irenaeus, qui unus scriptit quod omnes sentiebant: *Ad Romanam Ecclesiam*, inquit, propter potentiorum principaliatatem necessè est omnem convenire Ecclesiam, quasi diceret, iuxta sinceriorem illorum verborum interpretationem, eam esse vim Vnitatis, quæ principium & originem à Petri sede trahit, ut cum ea sentiendi necessitatem ceteris imponat. Propagatam in sequentes aetas apud Gallos hujus veritatis apertam professionem docet Avitus Episcopus Viennensis: qui ad Hormisdam cum sollicitius scriberet ut à Græcorum calliditate sibi caveret, qui concordiam verbis pollicentes, dolo fortasse agebant, ait:

Quia securus, non dicam de Viennensi, sed de totius Gallie devotione pollicor omnes super statu fidei vestram captare sententiam; orate, ut sic nos perditorum professio fucata non fallat, sicut ab Unitate quam regitis veritas comperta non separabit.

Irenaeus l. 3. c. 5.
Propriæ potestim
tem principaliatam id est, pri
orem & patrem
originem, ne quu
hic Romanum in
perium famaret.

Avitus ep. 87. ad
Hormisdam anno
517.

Epist. Concil. A.
quill. ad Graianum:
Tutus orbis
Romani Caput
Romanam Ecclesiam
argue idem
sacrificandum. A.
postularum fidem
ne ceteris fueret,
obsterranda fuit
Clementia vestra,
inde enim in omni
veneranda
Communionis ju
ra dimicari.
(Quidam legant,
Communionis.)
Epist. Synodica
Concil. Chalced.
ad Leonem et cū
pax de Kyrzoy
pax de Kyrzoy
Vic.

VIII. Sanè duplice nomine ad retinendum cum Ecclesia Romana communionem Galli obligantur, quia in Romana sede tum Universalis Ecclesiae Caput, tum Occidentalis Ecclesiae Patriarchatum suspiciunt. Constat enim illos, aquè ac Concilium Aquileiense, (cui præterat Ambrosius) Totius orbis Romani Caput Romanam Ecclesiam agnoscere, unde in omnes veneranda communionis jura dimicant. Adeo ut à Concilij Chalcedonensis societate alienos se esse putarent, nisi juxta sextorum illorum Patrum sententiam, non solum singularum Ecclesiarum, sed etiam Universalis Ecclesiae Caput Romanum Pontificem profiterentur.

CAPUT III.

Synopsis.

I. De Patriarchatu Occidentis agitur, ut auctoritas Romana Ecclesia per Gallias sincerius expendatur.

II. Ecclesiæ divisio per provincias ad exemplum Imperij, ab Apostolis. Probatur è Petro & è variis locis Pauli; ubi de Creta.

III. De Asia, cuius etiam menio apud Ioannem, de Achæa, & Macedonia.

IV. Huc allusit Tertullianus.

V. Origine trium precipuarum Metropoleon, Roma, Alexandrina, Antiochene. Earum Sacerdotes, Archiepiscopi, Exarchi, & Patriarche tandem ditti.

De Patriarchis Indoerum in Oriente. Emendata lex Codicis Iustiniani. Filii deletis, Patriarcharum nomen cessit Archiepiscopis Christianorum.

VI. Canonis sexti Nicensi interpretationes breviter recensentur.

VII. De jure Patriarchico trium Episcoporum hic agi probatur, preter aliorum argumenta, ex Hieronymo, Innocentio, & Theodoreto.

VIII. Ei si ceterorum quoque Metropolitarum jura hoc canone firmantur. Ex collatione canonis secundi Conf. cum Niceno colligitur hic etiam agi de Diœcessibus Asiana, Pontica, & Thracica. Earum mentio sub Constantino.

IX. Explicatus insignis Socratis locus de Diœcessis & de Patriarchis. Diœceseon limites non violando sanctum canone secunda Synodi. Lege Theodosii certi Episcopi designati ad communionis consor tium. Emendata & illustrata lex 3. Cod. Theodos. de fide catholica. De jure danda communionis per Thraciam.

X. Error Socratis, qui Nestorio Episcopo Constantinopolitano hoc tributum putat. Et Sozomeni, qui urbe regia coeret. Jus illi collatum indefinitè, ad exemplum Romani Pontificis. Altera Socratis hallucinatio, qui sententiam canonis secunda Synodi & Theodosii miscit. Patriarchæ apud Socratem iudicem cum Episcopis deletis à Theodosio ad fidei confor tium.

XI. Asiana Diœcessis ecclesiastica ex undecim provinciis, quarum una est Asia Proconsularis. Eius Metropolis, & totius Asiane, Ephesus. Pontica Diœceses fines. Vicarij sedes, Cesarea in Cappadocia. Unde dignitas Episcopi qui Pontice prærebat. De Thracia & ejus Exarcho. Explicata confessus Concilij Chalcedonensis. Thracia sub Episcopo Constantinopolitano. Dna reliqua Diœceses in ejus dictione transierunt decreto Concilij Chalcedonensis.

XII. Obicitur non agi de Patriarchio jure in canone Niceno, ex jure ordinationum, quod Episcopo Alexandrino competit per Egyptum; quale Romano Pontifici non competebat, nisi in Metropoli Romana. Fines antiqui Metropoleos Romane.

I. **N**ON aliena erit à proposito nostro de Patriarchatu Occidentis accusator disceptatio; imò vero prorsus necessaria, si Ecclesia Gallicana cum Romano Pontifice communionis vinculum perfectè cognoscere, ejusque quam per Gallias & ceteras Occidentis provincias exercuit auctoritatis fines perspectos habere velimus. Non possum in eorum sententiam ire qui recens Græculorum schismaticorum commentum esse putant tributionem illam omnium Diœceseon quæ Occidentem Romano Pontifici veluti Patriarchatum limitibus suis circumscriptum assignat. Fatoeque equidem id à Zonara & Balsamone ob servatum in commentariis quos ad sextum canonem Concilij Nicæni ediderunt. Sed non ideo veterum menti hanc commentationem adversari censendum est, quod Græcis sit approbata. Quia vero dignitas Romanæ fidei augetur ex hac tractatione, quæ alioqui densis tenebris est obsepta, lu cem

Zonara: 1510
in p. 67. 1510
Ecclesiæ &c. 1510
1510

& Imperij Lib. I. Cap. III.

9

cem aliquam illi scenerari conabor: quam, ut major sit, in contractum velut orbem co-gam.

I. Ecclesiæ ad exemplum Romani Imperij per provincias ab Apostolis ita tributas fuisse, ut inter fratres, ejus Episcopi prima sententia haberetur cui metropolitanae urbis Episcopatus concreditus fuisse, absque ullo negotio probari potest. Inde est quod epistola Petri canonica, Christianos, ad quos est data, provinciarum Romanarum limitibus circumscrivat, *Ponti, Galatiae, Cappadocie, & Asia*. Quæ ratio provinciarum in ecclesiastica dispositione semper viguit, adeo ut Nicomedia Bithyniæ, Cesarea Cappadociae, Amasea Ponti, Ephesus Asia Proconsularis, primatum metropoliticum præ ceteris provinciarum illarum civitatis obtinerint. Idem jus Ancyra apud Galatas sibi semper vindicavit; ita ut Ancyra Ecclesia inter apostolicas eo nomine à Julio I. apud Athanasium recensetur, quod Ecclesiæ Galatæ provinciæ, cuius metropolim Ancyra teneret, Paulus epistolam suam direxerit. Hoc Apostolorum fuisse propositum illustrius sane ostendi non potest quam ex demandata Tito Cretæ insula sollicitudine, ut Presbyteros (seu mavis Episcopos, ut ipse Paulus sequenti verificulo interpretatur) oppidatum constitueret. Manus imponitur Episcopis à synodo provinciæ, cui salrem tres Episcopi praesentes intersint, ceteris scripto consensum præbentibus; sed ea lege, ut Metropolitano τῷ κύρῳ, decretum, & totius negotii auctoritas servetur, juxta canones Nicænos. Hanc formam non aliunde profectam censere par est quam ex Apostolorum institutione, quæ Paulo hinc delineatur. Ordinatio equidem fit à collegio & cœtu Episcoporum, per impositionem manuum Presbyteri; sed ea conditione, ut unus aliquis portioni jure decretum interponat ad vicem Titii, qui disponendam & ordinandam provinciam à Paulo suscepit. Vnde fluxit ut Creta provinciæ ecclesiastica, & Gortyna civitas metropoliticum privilegium illius insula eximum semper habuerit.

III. Asia Proconsularis, Attali Regis legato ad Romanos delata, Ephesum urbem tanquam provinciæ metropolim colebat, ut testatur Antonini Imp. rescriptum: qui ad desideria Asianorum rescripsit, Proconsulem ad eam urbem ea de causa appellere debere, cum ingrederetur provinciam. Asia vero ita constituta fuit, ut septem Episcopis, quos Ioannes recentet, commissa fuerit, eo tamen ordine, ut ab Ephesi dignitate nihil decederet. atque ideo in ea

civitate Paulus lares quodammodo fixit, cùm Asiam ad fidem erudiret, ut conqueritur Demetrius in Actis; & Ioannes Ephesum Cathedra sua cohore restavit. Cui non erit ignota Achæa in provincia formulam à Romanis redacta, (cujus metropolis erat Corinthus, ut docet Annaeus Florus) is consilium Pauli perspectum habebit, cur literas suas non solum ad Corinthios, verum etiam ad omnes qui sunt in Achæa fratres, prescribat. Nempe Achæa & Corinthus nexus metropoleos & provinciarum adinvicem continebantur; ut & Thessalonica, & Macedonia. quæ ratio eundem Paulum impulit ut suis literis & Thessalonicenses, & ceteros qui erant in Macedonia fratres admonereret.

IV. Sanè apud veteres summa ratio habita fuit earum Ecclesiærum quæ ab ipsis Apostolis institutæ sinceriūs fidei traditiones conservasse censebantur. Verum non immoror huic privilegio. In id enim duntaxat impræsentiarum elabore, ut pateat veterum testimonio, Ecclesiærum per provincias divisionem ab Apostolis fluxisse. Huic sententiæ innititur Tertullianus, cùm haereticorum præscriptionibus elisis, eos ad apostolicarum Ecclesiærum traditiones provocat. *Proximè est tibi Achæa, habes Corinthum. Si non longè à Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicenses. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiae adages, habes Romanam.*

V. Verum etiæ forma dividendarum provinciarum & metropoleon ab Apostolis manaverit; hac tamen divisio ab Episcopis qui erant in majoribus urbibus constituti per incrementa variorum temporum aucta, tandem ultimam dispositionem consecuta est. Vnde profectum ut celebriorum civitatum Episcopi jus quoddam eximium in ceteras Ecclesiæ adepti fuerint: quod ei privilegio respondet, quo ratione originis potiuntur erga colonias à se deducetas eæ urbes quæ inde *Mares* appellantur à veteribus. Ius autem illud officiis quibusdam continebatur; quæ validiora erant vel remissiora inter Ecclesiæ, prout usu & consuetudine invaluerant. Iuris istius quasi possessione in plerasque provincias conspicue erant tres illæ Imperij Romani Civitates, Roma orbis Domina, Alexandria Ægyptiaci regni Princeps, & Antiochia regina Orientis: quarum civitatum Episcopi eximiis privilegiis gaudebant; quæ consuetudine & moribus firmata primum, postea Nicene Synodi decreto sancta sunt. Sanè dissimulandum non est, eo canone tres illos antistites Episcoporum tantum vel ad summum Me-

A. c. 19. & 20.
Codex maritrij
Timorhei apud
Phosom immi-
tante 214.
Ireneus, 2.c. 17.

Florus lib. 2.c. 6.

2. Cor. c. 1.
Ecclesia Dei que
est Coriæbi cosa
conuictus sanctus
qui fons in uni-
verso Achæa.
1. Theffal. c. 4.

Vide infra lib. 6.c.
1. lib. 7.c. 4. §. 7.
c. 16. §. 7. 8. 9.
Balus Natus ad
Agobardum pag.
112.

Tertull. de Pecc.
script. c. 36.

Dio. Chrys. Orat.
31. Herodianus.
Iosephus de Bello
Iud. l. 3. c. 3.

B

1. Pet. 1.

Præcept. ad Ga-
latis c. 1. & 1. Cor.
c. 1. meminit
collegerunt que
non in ecclæsi
Gloria.

In ad Tit. c. 1.
Religio te Cretæ,
nec placet per
exemptos Presby-
teros. fons & 10.
Epiph. lib.

Kant. = 10.

I. 4. ff. de offic.
Procœdia.

Apocalypsis 1.

tropolitanorum nomine censeri : qui seculo
sequenti in Concilio Ephesino Archiepisco-
porum titulo aucti , in Concilio Constanti-
politano Exarchorum Diœcœsos dignitate
decorati , tandem in Concilio Chalcedo-
nensi promiscue Archiepiscopi , Exarchi ,
& novitia dictione Patriarchæ sunt appel-
lati . Neque enim Patriarcha ille Alexan-
drinus , cuius meminit Fl. Vopiscus , ad
res Christianorum pertinet , licet viris
doctis alter fuerit aliquando visum . Iu-
dæis Alexandrinus prefectus erat ille Pa-
triarcha , ex instituto cui Hierosolymo-
rum excidium præbuit originem . Etenim
distraicti per varias provincias Iudei , Ale-
xandriæ & apud Orientem quosdam sibi
constituere prepositos sub Patriarcharum
nomine ; qui spectabiles , clarissimi , & il-
lustres ab Imperatoribus habiti , digni-
tatem illam hereditario jure ad posteros
transmiserant . cursum coronarium

Fl. Vopiscus in
Sannio,

Patriarcharum
Iudaicorum fre-
quentis mentio
Tit. Cod. Th. de
Iudeis & Cœlico-
lis. apud Origenem,
Epiph. Cy-
rilum, Theodor
& Palladium.

L. 17. & vlt. e.
Theodol. de la
dr. Petrus, qui
erat r̄ē hæc de re
scriptis, confit
Orientali provi
nici Patriar
chæ nupti pre
fuisse ex i. Iudeo
C. de lud.
Sed legendum ex
eadem lege, que
estrat C. Th. quod
de Occidentalib
us paribus Pa
triarchis conferri
conveniret. Soli
est addita dictio
ne, Patriarchi, que
ab eo à C. Iustini
miani.

trahimur; autem coronarium per
Apostolos suos exigeabant; Primates pro
vinciis præficebant, qui in his causis qua
tam ad superstitionem eorum quam ad fo
rum & leges pertinent, ad similitudinem
arbitrorum judicarent; donec illis Hono
rij rescripto ea judicij reddendi potestate
est interdictum. Ab anno quadrageensi
mo quarto ad annum quadragestimum
vicecum nonum incidit Iudaicorum Pa
triarcharum excessus ille, ut cum Theodosio
loquar, quibus extinctis, eorum nomen
Archiepiscopis Christianorum communi
catum est. Quod ab Orientalibus profe
ctum est, quibus nota erat Patriarcharum,
qui apud Iudeos viguerunt, nomenclatu
ra; non vero Occidentalibus, apud quos
nulli Patriarcharum Iudæi floruerunt, si
vera lectio in Codice Iustiniani è Theodo
siano restituatur. Sanè Concilium Chalce
donense in acclamationibus, Leoni Patriar
chæ multos annos votet; & Diaconi Ale
xandrini libellos suos porrigunt cum hac
inscriptione: Sanctissimo ac beatissimo Uni
versali Archiepiscopo & Patriarche magne ur
bis Rome Leoni, & universali Concilio Quin
& Iudices cognitores, Dioceseon exar
chos, Patriarcharum Dioceseos nomine
compellant. Placuit posteris novitate sua
istius vocis usus, adeo ut ea nihil frequen
tius in Constitutionibus Iustiniani & A
etis Concilij Quinti; propterea quod Pa
triarcha appellatio & Archiepiscopi &
Exarchi Dioceseos significationem com
pletebatur, id est, & Episcoporum, seu
Patrum & Regionis universæ seu Dioceseos
Prefectum exprimebat; quemadmodum
apud Iudeos Patriarcha ἡγεμονὸς suis &
narratis erat præpositus. Prævissimæ viderunt

Patribus in Chalcedonensi Concilio co-
ætis Socrates Historicus , qui Diœcœson
Episcopos à Synodo Constantinopolitana
designatos , Patriarchas vocat , ob jura &
comortia communionis quæ retinenda
erant cum delectis à Synodo Episcopis , ut
fraudulenta hæreticorum contagia vita-
rentur.

V I. Tribus ergo istis Archiepiscopis seu Patriarchis eximia illa quæ moribus antiquis quæsita illis erant in ceteras provincias privilegia , totius orbis consensu sunt confirmata canone vi. Nicæni Concilij , cuius interpretatione doctissimorum virorum ingenia exercuit. Sanè studio nimio partium & *dænsia tñs ærþalvñs* multa illis exciderunt à quibus scribendis dubio procul temperassent , si disputationis æstus abfueret. Inde factum ut Ruffini explicatio sit lacerrata , qui Alexandrino Episcopo Ægypti , & Romano suburbicariarum Ecclesiarum sollicitudinem hoc canone tribui observarit. Apud hos enim , totius orbis Ecclesiæ , suburbicariae habentur , id est , Episcopo Vrbis subditæ ; apud istos , suburbicariae Ecclesiæ intra Occidentem coercentur. Emergit nova quadam viri celeberrimi sententia , quæ peritissimorum virorum industriam provocavit , ut eam esse repudiandam omnibus probarent. Hujus questionis duo præcipua sunt capita. Primum est , hoc canonice nullam juris Patriarchici mentionem fieri ; sed tantum Alexandrinum & Antiochenum Episcopum , in iis quæ ad jus metropoliticum pertinent , cum Episcopo Romano conferri. Alterum vero , Metropolim Romanam Ruffini temporibus , circa annum quadragesimum , iis provinciis definitam (Piceno scilicet , Tuscia , Latio , & Valeria) quæ suburbicariae dicebantur , quod à jurisdictione Praefecti urbi pendebant , & ad centesimum lapidem porrigebantur. Quanquam litis hujus dirimendæ arbitrium in me non receperim , quia tamen facili negotio contentiones illæ componi posse mihi videntur , si nova quadam interpretatione & novo probationum genere , quæ ab aliis discussa sunt , adjuventur , meam sententiam inter tales tantosque viros ferre non dubitabo.

VII. Nullus apud me est dubitationis locus quin tres illi Episcopi inter se invicem, quod ad jus Patriarchicum attinet, hoc canone componantur, ut docuit vir eruditissimus R. P. Sirmundus. Cum enim iurisdictio Alexandrini Episcopi quaeversum porrigeretur, non solum per Aegyptum, quæ ab Augusto in provinciam fuerat redacta, sed etiam per Pentapolim. &

- a III. Bellon. & Baron. Cardis.
- b III. Card. Per-
ron. & plusieurs
aliors.
- c V. Enditifien.
Cl. Salmaf.
- d V. CL R.P. M.
Sirmond.

& Imperij Lib. I. Cap. III.

II

Libyam, quæ regno Cyrenæorum aucta Ägypto accesserant; cùmque Antiochia prærogia per Orientem canone Nicæno fancirentur, quorsum solius metropoleos Romanæ ratio habita fuisset, reliquo Patriarchatus per Occidentem prærogio, si quod Romanus Pontifex obtinebat? Aliorum argumentis addam Hieronymi & Innocentij Primi auctoritatem, qui dubitare non sinunt de jure Patriarchico Antiocheni Episcopi canone Nicæno decretum fuisse. Ille enim conceptis verbis affirmat Antiochiam, secundum canones Nicænos, esse metropolim Orientis. Hic verò scribit Antiochenæ Ecclesiæ delatam fuisse à Nicæna Synodo, non unius tantum provinciæ five metropoleos administrationem, sed totius Dicæcæs Orientalis, id est, quindecim provinciarum quæ Oriente continebantur. *Revolventes itaque, inquit, auctoritatem Nicene Synodi, que unam omnium per orbem terrarum explicat mentem Sacerdotum, que censuit de Antiochenæ Ecclesiæ cunctis fidelibus, ne dicam Sacerdotibus, esse necessarium custodiare, qua super Diaœcæsim suam, non super aliquam provinciam, recognoscimus constitutam.* Idem ergo censendum est de Episcopis Romæ, & Alexandriae: ad quorum exemplum, ut docet canon, Antiochenæ Ecclesiæ iura constituuntur; ut non solius metropoleos prærogia, sed etiam Patriarchica, canone illo firmata fuerint. Accedit Theodoreti testimonium: qui Titulo primo Collectionis Canonum, quæ extat in codice manuscripto Bibliothecæ Regie, docet de dignitate & juribus Patriarcharum hoc canone Nicæno agi. *Καὶ τὸς ἔνδεισις τοῖς πατριαρχαῖς εἰ τῷ κανόνω πρᾶς. Καὶ οὐδὲ τοῦ ἔπειρα τοῦ αὐτῷ ὑφαπτάσεω ἐπαρχαῖς ἐπέρα τρεσούσιν, οὐδὲ χειροτονίᾳ οὐδοκησι. ἀλλὰ εἰ τοῖς ὑφαπταγεῖσας οὐδὲ τοῖς ἀδικηθεῖσιν αὐτοπλάσιοι. Τοῦτο Νικηταῖς θεοῖς κανεῖται, οὐδὲ τοῦ Καρχηδόνι. Κανόνεις καν. γ, δ. Τοῦτο οὐδὲ Εφεσῶν Κανόνεις καν. ζ. De tributo per canones Patriarchicæ honore. Et non licere eorum alicui provin- ciam alteri competentem invadere, pro ordina- tione, aut administratione, sed eas que jam in- vasa sunt, iis quibus injuria facta est restituendas. Nicene Synodi canon VI. Eiusdem Syn. canon VII. Synodi Constantinopolitana canon IIII. Eiusdem canon IV. Synodi Ephesina canon VII.*

VIII. Neque verò obstat quod eodem canone Concilij Nicæni ceterorum Metropolitarum prærogia confirmantur. Quippe nihil veteri parte prima canonis trium præcipuorum Episcoporum seu Metropolitarum, Romani, Alexandrinæ, & Antiocheni, iura consuetudine inducta sanari, & deinde generalibus verbis cetero-

rum omnium prærogiosis caveri. Enimvero præter generalem illam juris metropolitici confirmationem, videtur canon Nicænus insignem quandam provinciarum administrationem insinuare, que tribus illis Patriarchis non competenter. Constituto namque jure Alexandrinæ Ecclesiæ ad exemplum Romani Episcopi, simile jus, o'polæ, decernit Antiochiae & in ceteris provinciis, nali εἰ τοῖς διάκονοις ἐπαρχαῖς. Ergo in quibusdam aliis provinciis præter Antiochenam, Alexandrinam, & Romanam, erant similia administrationis τρεσούσεα. Earum nomen edit canon secundus Constantinopolitanus: quo, Ägypto commissa Episcopo Alexandriae, & Oriente concredito Antiochiae Episcopo, Asiana, Pontica, & Thracica Dicæces suis synodis administrandæ juxta Concilium Nicænum demandantur. Trium istarum Dicæceson ab Orientali distinctarum meminit Theodosius senior apud Theodoretum. Et ante illum Constantius, qui ad Seleuciense Concilium frequenter adesse jussit Episcopos Orientis, & Asianæ, Ponticæque Dicæces. Ipsèque adeo Constantinus Imperator meminit Episcoporum Asianæ, & Ponticæ, in Paschæ celebratione consentientium.

I X. Quare non est quod aliquis sibi persuadeat tres illas Dicæces & Ecclesiæ etiam πατριαρχαῖς à Synodo Constantinopolitana institutas fuisse, ut colligi videtur è Socrate; cuius sententiam, nondum satis expensam, illustrare non alienum ab hoc loco esse duxi. Cum Orientales Ecclesiæ per quadraginta annos variis hæresibus vexatae, sub Theodosio liberius respirare cœpissent, Secunda Synodus ab illo Principe Constantinopoli coacta, Arrianorum, Macedoniae, & ceterorum ejusmodi blasphemias anathemate defixit. Tum postquam fideli prospexit, disciplinam quoque attigit, constituta Ecclesiæ administratione secundum canones Nicænos; eo adgetto, ne Dicæceson Exarchi positas extra fines suos Ecclesiæ invaderent; sed Ägyptus, ut dixi, Alexandrino Episcopo, Oriens Antiocheno, Asiana, Pontica, & Thracica Dicæces suis synodis committerentur. Haec quidem disertis verbis in canonibus Secundæ Synodi continentur. Ceterum quia religionis intererat ut Episcopi hæretici ab Ecclesiis pellerentur, hæc regula præscripta est à Theodosio, de synodi sententia, ut iij soli Episcopi inter orthodoxos censerentur qui communionis vinculo cum certis quibusdam Episcopis per unamquamque Dicæces à lege designatis nosterentur: quos ideo præ ceteris Imperator delegit,

B ij

Can. vi. Nic. Sl.
militar autem &
apud Antiochiam
certa que pro-
vinciæ sua præ-
rogia gerentur
Ecclesiæ.

Theod. I. 5. c. 23.
Idem I. 2. c. 27.

Euseb. I. 5. de vita
Const. c. 18.

Socrates I. 5. c. 8.

Hieronimus ep. ad
Pamachiam.
Cavilæ: rela-
tus est cap. 10. §. 3.

Janecc. ep. ad A-
lex Antioch.

Can. Nic. vi. β.
μονιμοι ανεγε-
ρασαν οικοδο-
μους.

videlicet lib. 3.
ep. 1. §. 3. &
lib. 2. §. 6. μη ἔχειν την αὐτὴν ὑφαπτάσεων ἐπαρχαῖς ἐπέρα τρεσούσιν ταντούσιν, οὐδὲ χειροτονίᾳ οὐδοκησι. ἀλλὰ εἰ τοῖς ὑφαπταγεῖσας οὐδὲ τοῖς ἀδικηθεῖσιν αὐτοπλάσιοι. Τοῦτο Νικηταῖς θεοῖς κανεῖται, οὐδὲ τοῦ Καρχηδόνι. Κανόνεις καν. γ, δ. Τοῦτο οὐδὲ Εφεσῶν Κανόνεις καν. ζ. De tributo per canones Patriarchicæ honore. Et non licere eorum alicui provin- ciam alteri competentem invadere, pro ordina- tione, aut administratione, sed eas que jam in- vasa sunt, iis quibus injuria facta est restituendas. Nicene Synodi canon VI. Eiusdem Syn. canon VII. Synodi Constantinopolitana canon IIII. Eiusdem canon IV. Synodi Ephesina canon VII.

I. Eli. Bellum I.
Baron. Cato.
II. Cato In-
vent. & plenaria
llo.
V. Fradi-
m. Salmo.
IV. C. R. I. &
testimoni.

De Concordia Sacerdotij

quod cum emendaræ vita fama religiosæ suis Ecclesiis præfessent. Itaque datum est, non præcipue sedium dignitati, sed personarum gravitati, ut ab iis Episcopis, tanquam à quibusdam Capitibus, communio-nis jura manarent per unamquamque Dice-cem. Eò retulit Episcoporum illorum de-signationem Sozomenus :

Hos enim, inquit, & Imperator quoque visos & coram alio-cutus approbat: de quibus & integra confabat fama, quod suis Ecclesiis religiosæ præfessent. Ex-tat Theodosij constitutio in Codice Theo-dosiano, qua præcipit Episcopos ad Eccle-sias obtinendas admitti, ex communione & consortio probabilitam sacerdotum. Scilicet quos communicare conlitteret Nectario Episcopo Constantinopolitanae civitatis, Timotheo Alexandrino in Ægypto; in Ori-ente, Pelagio Laodicensi, & Diodoro Tarsensi; in Asia Proconsulari & Asiana Dicecisi, Amphilochio Iconiensi, & Optimo Episcopo Antiochiae in Pisidia; in Pon-tica Dicecisi, Helladio Cæsareæ, Otreio Milite næ, & Gregorio Nyssæ. In Thraci-a, cum Terentio Scythiæ, & Martyrio Episcopo Martianopoleos. Absunt à Codice Theodosiano verba illa, In Thracia. Sed lacunam illam è Sozomeno explevi, ut sententia non haret. Etenim Ægyptiaca, Ori-entali, Asiana, & Pontica Diœcesibus enumeratis, sola supereft Thracica, cui æquè ac ceteris proficiendum erat. Id fa-cetum designata communione duorum Episcoporum, scilicet Terentij Scythiæ, & Martyrii Episcopi Martianopoleos. Marty-rii enim legendum è Sozomeno, non Mar-taryi, ut habet lex Codicis Theodosiani.

Thracica Diœcesis sex provinciis consta-bat, Europa, Thracia, Hæmimonto, Rho-dope, Mœsia secunda, Scythia. Episcopus Tomorum omnibus Ecclesiis Scythiæ præferat; ut testantur alibi Sozomenus & Theodoretus. Vnde Terentius Scythiæ E-piscopus eleganter dicitur in dicta lege, & rectè à Sozomeno Tomorum Episcopus. Martyrius Martianopoleos Concilio Con-stantinopolitano subscriptus, ut Mœsia Me-tropolita, quæ est Mœsia secunda, una è sex provinciis Thraciæ Diœcesis.

X. Inde pater error insignis Socratis, qui jura communionis per Thraciam decreta fuisse Nectario à Synodo & à Principe affirmat; cum ex Sozomeno & legis Theo-dosianæ serie à nobis restituta constet jus communionis per Thraciam indultum Te-rentio Tomensi & Martyrio Martianopoli-tano; Nectario verò in urbe Constanti-nopolitana, ut quidem Sozomenus existi-mavit : Νεκταῖος ἐπί Κωνσταντινούπολις. Cete-

rūm è verbis legis indefinitè jus illi tribui-tur: *Duos constabit, inquit lex, communione Nectario Episcopo Constantinopolitane Ecclesie, Timotheo necnon intra Ægyptum Alexandrine urbis Episcopo esse sociatos. Potestas dandæ communionis delata Timotheo Alexandri-co coërcetur intra Ægyptum. Sed jus Ne-ctarij Episcopi CP. nullis limitibus circum-scribitur. Ratio est in promptu. Quia in eodem Concilio primatus honoris post Ro-manum Episcopum illi collatus est. Vnde colligere licet quanta esset in hoc com-munionis jure Romani Pontificis au-toritas, cùm ad illius exemplum regiæ urbis Episcopus, tunc ad secundum gradum even-tus, privilegio illo per solidum Orientem frueretur, non autem per solam Thraciam, eti speciali quodam jure in ea Diœcesi au-tus esset. Expuncto errore illo Socratis, advertenda est altera ejus hallucinatio, in eo quod sententiam canonis secundi cum lege Theodosij permisit, cùm tamen multum inter se distent. Limites Diœce-seon à Synodo Nicæna præscriptos violan-dos non esse, canone constituitur. Theodo-sij verò lege, in Diœcesibus Episcopi de-liguntur ad consortium communionis, non autem ad jurisdictionem Patriarchalem excedendam. Quod patet ex ipso legis con-textu, ex eoque præcipue, quod in Ori-entali Diœcesi, seu in Patriarchatu Antio-cheno, Pelagius Laodicensis & Diodorus Tarsensis designantur ad communionis vin-culum; cùm tamen supremus au-toritatis apex in Orientali Diœcesi ad Patriarcham Antiochenum pertineat ex canone Nicæ-no, & ex canone secundo Concilij Con-stantinopolitani. Etsi verò hic Socrates aberraverit; non utique in pudendum er-rorem, qui à plerisque illi affingitur, pro-lapsus est, quasi scriperit Patriarchatus in-stitutoris fuisse à secunda Synodo. quo sen-su, paulò post Socratem, Patriarcharum nomen apud autores ecclesiasticos inva-luit. Etenim cùm Secunda Synodus au-toritatem ecclesiasticam per Diœceses distin-ctam à Nicæno Concilio repetiverit, & So-crates Diœceseon institutionem non tri-beruit Secundæ Synodo, sed Patriarcharum designationem per unamquamque Diœcesin, evidenter pater de illis Episcopis egisse Socratem, à quibus communionis con-sortium penderet; præcipue cùm Episcoporum delectum lege Principis confor-matum scribat. Paulò post ætatem Socratis, Patriarcharum nomen inditum est Episcopis qui communionis & au-toritatis principatum in suis Diœcesibus tenerent.*

XI. Porrò tres illæ Diœceses, quas su-

I. 3. C. Th. de Fide Cathol.

Sozom. d. c. à d. t. 7. & 21. Thod. I. 4. c. 10.

& Imperij Lib. I. Cap. III.

13

præ recensui, Patriarchis Alexandrino vel Antiocheno non suberant. Asiana Dioœsis, in Notitia Imperij, decem provinciis constat, quæ Vicario Praefecti prætorio Orientis parebant; scilicet Pamphilia, Lydia, Hellesponto, Pisidia, Lycaonia, Phrygia utraque, Lycia, Caria, & Insulis. At tamen in politiæ ecclesiastica ratione, Asiana Dioœsis undecim provincias complebatur, teste Theodoreto. Quod explicandum est è Theodosij lege, quæ Asiam Proconsularem ab Asiana distinguit, licet eas in unum corpus, quoad statum & communionem ecclesiasticam, cogat. Itaque Asia Proconsulari adjecta ad decem provincias Asianæ Dioœses, conficitur numerus undecim provinciarum ecclesiasticarum à Theodoreto designatus. Asia, strictissimè sumpto vocabulo, à Romanis nomen accepit: qui regnum Attali Pergameni sibi testamento delatum cernen tes, ditionem illam in provinciæ formam redegerunt; Asiamque de continentis no-

vat Strabo. Hinc Episcopi Cæsareæ dignitas, qui solidæ Dicecæ Ponticæ præerat, teste Nazianzeno. Vnde Basilio concilium Archiepiscopi Cæsareæ nomen, & Alypio apud Photium. Quare Ponticæ Dicecæos synodum Tyanis sub Eusebio Episcopo Cæsarea celebratam referit Sozomenus, & Gerontium Nicomediemum Metropolitanum in Bithynia ordinatum fuisse ab Helladio Cæsareæ Episcopo. Literæ etiam Basiliij extant invitantis ad Synodum Cæsareæ habendam τοὺς τῆς πόντικῆς διοικήσεως Επικόνιους.

Scrabol. 12.

Photius in Bibl.
Tmem. §1. So-
zom. I, 6, c. 12, l. 9.
c. 6.

Basilus ep. 291, &c
256.

Dioceſis Thracica ſex provinciis in laterculo Imperij & in Eccleſia notitia conſtabat: in qua, poſt deleſum à Severo Byzantium, præcipua dignitatem urbs Heracleæ ſive Perinthi obtinuit; ut teſtantur Herodianus & Procopius. Inde quæſitus ejus Epifcopo Exarchi Thracie titulus; quamvis deinde viſ hujus administrationis in urbem regiam uberioribus privilegiis paulatim tranſcripta ſit.

Hesod. in Severo,
Procop. l. 4. de
Ædific. 146.

mine appellaverunt, teste Strabone. Ejus administrationi Proconsulem præfecerunt. qui magistratus continuatus est sub Imperio; quamvis statum Asiae Proconsularis Constantinus Magnus immutaverit, ab ea recisis Lydia, Caria, Hellesponto, & Cycladibus, quæ in speciale provinciarum nomen transferunt. Vnde factum ut Eunapius, cùm Asiae recentioris Proconsulatum describeret, à Pergamo & ora maritima in continentem Caria tenus, & ad Tmolum montem ex parte Lydiæ porrexit. Sub Arcadio Hellespontus & Insulae redditæ sunt Proconsulatui, ut patet ex Notitia Imperij. Solidæ Proconsularis Asiae metropolis erat Ephesus; quæ in politia ecclesiastica in Asiam Diœcesim eandem dignitatem retinuit, teste Chrysostomo. Adeo ut ei jus Patriarchicum tribuat Evagrius, cùm scribit Timotheum Ælurum Ecclesiae Ephesinae jus Patriarchicum restituisse, quod ei Synodus Chalcedonensis ademerat.

Quare non frustra monui-canone Nicæno significari Diceceses Asianam, Ponticam, & Thracicam, quæ à tribus Patriarchis non penderent, sed synodis suis commissæ, Exarchos suos comiter colerent: Asiana Ephesinum, Pontica Cæfareensem, Thracica Heracleensem, deinde Constantinopolitanum. Vnde profectum ut hi tres Exarchi potiorem locum in subscriptionibus & sessionibus Generalium Conciliorum obtinerent. Quod videre est in Concilij Chalcedonensis confessu: qui sic dispositus erat, ut ante cancellos altaris in medio sederent Gloriosissimi Iudices, & amplissimus Senatus. Ab eorum lœva, sedebant Legati Romani Pontificis, Anatolius Archiepiscopus Constantinopoleos, Maximus Antiochiae, Thalassius Cæfareæ, Stephanus Ephesi, & ceteri Episcopi Orientalis, Pontice, Asiana, & Thracice Diæceson, exceptis Palestinis. Ex quo loco patet Exarchos Diæceson fuisse, Maximum quidem Antiochenum Orientalis. Thalassium Cr-

Act. t. Concil.
Chalced. τῆς τε
Απεβλικῆς ἡ πρ-
πονήστη, καὶ Απεβλική,
Θρακική, μετά
της παλαιστίου.

Pontica Diœcesis totum tractum à Bithynia usque ad Armeniam , adjecta Galatia , & Cappadocia , complectebatur ; & Vicario parebat , quem Gregorius Nazianzenus ποντικὸν διοικηταῖς ὑπάρχειν vocat . In ratione Imperij è provinciis decem conflata erat ; sed in dispositione ecclesiastica undecim provinciis constabat , teste Theodoro . cuius discriminis rationem reddimus alibi . Sedes præcipua Vicarij Ponticae Diœceseos constituta est Caſarea in Cappadocia . quia in urbe , quæ olim Mazaca , Reges Cappadocum lares fixerant , ut obser-

Antiochenum Orientalem , Thalamum Ca-
fareensem Ponticæ , Stephanum Ephes-
inum Asiane , & Anatolium Constantino-
politanum Thracicæ . A parte dextra Iudi-
cum confidebant Dioscorus Archiepisco-
pus Alexandriæ , Iuvenalis Hierosolymo-
rum , Quintillus Heracleæ prima Macedo-
nia , vices agens Anastasij Thessalonici-
ensis Episcopi , cum reliquis Episcopis Æ-
gyptiacæ Dioceseos , quæ suberat Alexan-
drino , & Illiricianæ , quæ a Thessalonicensi
Vicario Romani Pontificis regebatur . Ad
hunc enim Anastasium elegantem illam epi-
stolam decretalem dedit Leo Primus , quæ

B ij

De Concordia Sacerdotij

totes laudatur. Aderant præterea in hoc latere Palæstini Episcopi, quos ab Orientali Diœcesi distractos Episcopus Hierosolymorum sibi asserebat. Ceterum Thracica Diœcesis jam tum à Constantinopolitano Episcopo pendebat, depulso Heracleensi. Quod per consequentiam è privilegio Primatus in ea Diœcesi facilè invaluit, ad cuius synodus Constantinopolitana Ecclesia pertinebat. Quod in fraudem impulit Socratem, cùm jura communionis per Thraciam Nectario tributa fuisse scriptit. Huc alludit epistola Marciani Imperatoris; qua præcipit Anatolio, ut accedat ad Concilium Chalcedonense unà cum Episcopis sub sacerdoti sui cura constitutis, id est, cum Episcopis Thracicæ Diœceseos, quod ideo monui, ut ab inquisitione horum Episcoporum viri erudití cessarent.

Idem sessionum ordo in superioribus Conciliis obtinuerat. Etenim in Synodo Ephesina, cui præfuit Cyrilus, post Iuvenalem Hierosolymorum sedent Memnon Epheſi, Flavianus Philipporum vicarius Ruffi Theſſalonicensis Episcopi, Firmus Cæſareæ Cappadociæ, & Theodosius Ancyræ. quamvis alibi, per errorem scriptoris, Theodosius antecedat, sed sententiæ latæ contra Nestorium post Firmum subscriptis. In Ephesino Concilio sub Dioscoro, post priores Patriarchas sedent, & censem, Stephanus Ephesi, & Thalassius Episcopus Cæſareæ Cappadocie. Quare videtur dubitandum non esse quin Diœceseon Exarchi canone 11. CP. commemorati Episcopos Ephesi, Cæſareæ, & CP. adjecto Heraclensis, complectantur. Id ex eo valde jutatur, quod in Concilio Chalcedonensi Iudices unicuique Diœcesi Orientalis Imperij suum Patriarcham assignant. Non eo tamen inficias quin posteriori jure in Diœceses suas tres illi eximij Patriarchæ ute- rentur, ita ut sola synodorum universæ Diœceseos indictio, & Concilij ~~exigendæ~~, Exarchi ceteris competitivis videatur. Quæ ratio componenda contentionis quæ viros eruditissimos etiam in hoc capite colligit, non aliena à vero mihi esse videtur; atque adeo novis quibusdam argumentis hanc disputationem illustrandam censui. Ceterum transcripto Heracleensis Episcopi jure in Constantinopolitanum, duo reliqui Exarchi ab auctoritate sua dejecti sunt, cum sedes Constantinopolitana in Patriarchicam dignitatem evencta, trium istarum Diœceseon administrationem liberam decreto Concilij Chalcedonensis obtinuit. Quæ immutatio effecit ut Orientales Ecclesiæ, quæ per quinque Diœceses porre-

ctæ erant, Ægypti, Orientis, Ponticæ, Asianæ, & Thracicæ, ad tres redactæ fuerint, scilicet Ægypti, Orientis, & Bosphori seu Thracicæ, id est, Constantinopoleos, apud Theodoretum, qui post Concilium Chalcedonense historiam scripsit.

XII. Sed ut repetam questionem initio propositam, non dissimulanda est insignis difficultas, quæ nostram sententiam videatur impugnare, in eo quod tres illos præcipios Orbis Episcopos, Romæ, Alexandriae, & Antiochiae, quoad jus Patriarchicum inter se componi canone Nicæno contendit. Nodus in eo versatur, quod Ale- xandrini Episcopi auctoritas in ordinandis omnibus Ægypti Episcopis adversus Melitianos hoc canone constituta sit; ut fa- tentur omnes eruditæ, & egregiæ probatur ex epistola synodica Concilij. Porro jure

Vide lib. 6. cap. 4. §. 6.

illo ordinandorum Episcoporum usum non fuisse Romanum Pontificem per omnes Occidentis provincias adeo certum est ut nec ipsorum Metropolitarum ordinatio- nem in plerisque provinciis sibi vindicaret. Ut explicari sit hujus questionis enoda- tio, constituendi prius sunt Romanæ me- tropoleos fines. Neque enim existimo Rufi- fini ætate regionibus illis suburbicariis ad centesimum usque lapidem fuisse circum- scriptos. Vetus namque Notitia illa Vati- cana vetus, quæ sexaginta novem episco- patus, ex quibus Romana provincia confla- ta erat, nobis exhibet, qui quidem non solū Latinam regionem, seu Campaniam recentiorem ad Sinuissam, Marfoss seu Va- leriam, Picenum, & Tusciam suburbicariam complectebantur, sed etiam Tusciā annonariam, Vmbriam, & Picenum an- nonarium; quas regiones Notitia illa ve- tus, barbara voce Marchiam Vmbrię indige- tam, Marchiæ nomine utrumque Picenum comprehendendo. Fundus hujus meæ sen- tentiæ est insignis locus epistolæ synodice Concilij Sardicensis, & alter Athanasij; ubi earum provinciarum Episcopi, qui Athanasio communicabant, recensentur, sci- licet Roma, Italia, Campania, Calabria, Apulia, & ceterarum per Occidentem & Orientem provinciarum. Non poterant li- quidiū Romanæ provinciæ limites circum- scribi, qui ei à Vaticana Notitia tribun- tur. Italia hinc eam coercer, inde Cam- pania felix, & Capuana. Porro Italia, cujus metropolis erat civitas Mediolani, com- plectebatur eas provincias quæ Vicario Ita- lia parebant, & porrigebantur usque ad Tuscia annonarie, Vmbriæ, & Picenii fi- nes; ut docuit vir eruditissimus Pater Sir- mondus. Campania vero, cujus metropolis

Theod. lib. 6. c. 14.
Episcopi Octauia-
ri non præsis con-
cipiuntur v. Ægypti-
pi, & Orientis,
& Bosphori, &
Thracia commun-
icare voluntur.

Extrat apud Cod. Biron. an. 1017.

Athan. ep. ad
Soccor. vii. agen-
tos.

Part. i. Conc.
Chalced. c. 17. art.
Ex. m. ex. x. idem
m. d. d. q. p. p.
m. d. d. q. p. p.

Syn. Epiph. T. 1.
c. 1. editione Pa-
lætini T. 1. c. 1.
T. 1. c. 10. & 13.

Concil. Chal-
Act. 10.

Locus lundanus et
§. 5. hujus capi-
tuli.

& Imperij Lib. I. Cap. IV.

15

erat Capua, incipiebat à Sinuella ad Salarium Lucaniae fluvium. His autem finibus ex regiones ferè intercipiuntur, quibus provincia Romana constat in Notitia veteri Vaticana; cuius fides ex his Athanasij & Concilij Sardicensis locis egregiè illustratur.

C A P V T I V.

Synopsis.

I. Ut satisfiat objec̄tione, docetur Romanum Pontificem esse Patriarchām Occidentis, deinde conferetur cum Alexandrino in ordinationibus. Ecclesiarum divisio in Orientales & Occidentales probatur plurimi testimonii veterum.

II. Errorum notatus qui Orientales Ecclesias ab Antiocheno Patriarchatu non distingunt. Cui Oriens specialiter dictus tribuitur, e Concilio secundo, & Ephesino.

III. Fines Ecclesiastum Orientalium & Occidentalium, iidem qui olim Imperij Thracia Orienti accessa. Solidum Illyricum Occidenti.

I. Antiqua divisio Imperii sub Diocletiano, Constantino, & Valentiniiano. In confiniis Illyrici & Thracia, Ecclesiarum & Imperii limes; scilicet in Succorum angustiis, ex Ammiano, & Socrate, & ex Concilio Aquileiensi: ubi dictio Succorum restituitur. Constantinopolis vinculum Orientis & Occidentis, apud Nazianzenum.

V. Tomus Occidentalium in Concilio CP. explicatus. Asserta vetus lectio ad dicitur.

SUPEREST ut jugulum causæ pertinamus, & ut difficultati propositæ satisfiat, duorum capitum probationi, quibus tota disputatio conficitur, nos accingamus. Quorum primum in eo versabitur, ut doceat Patriarchatum Occidentis à veteribus tributum fuisse Episcopo Romano: Alterum verò, quod fortasse à nullo tentatum fuit, componet Alexandrinum Episcopum cum Romano, in potissimum illo jure Patriarchico quod ordinationes Episcoporum respicit.

Quod attinet ad primam illam partem, nullo negotio veritas ejus instruetur, si testimonis veterum recte expensis ostendamus totius Ecclesiae corpus statim à Concilio Niceno in Orientales & Occidentales Ecclesias fuisse distributum, & Occidentalibus Ecclesiis nullum alium praefectum fuisse prater Romanum Pontificem. Emitat illa hereditatis Christi in duas partes divisio temporibus Constantij Imperatoris; ita tamen ut altius, id est, à veteri con-

I I. Vnum tamen est quod antiquitatis ecclesiasticae amantem hac in parte monitum velim; ne inconsulto in eum errorem incidat, in quem viri docti impegerunt, cum variis Orientis significationibus

Orientales Episcopi quod fortè statuissent, ab Episcopis Occidentalibus reficeretur; similiter quidquid Occidentalium partium Episcopi, ab Orientalibus solveretur. In eam sententiam Constantius Princeps rescripsit ad Concilium Ariminense, quod Episcopis è toto Occidente accitis constabat: Non enim de Orientalibus Episcopis in Concilio vestro paritur ratio aliquid definiri. Proinde super hā tantum que ad vos pertinere cognoscit gravitas vestra, tractare debetis. Non inquiero an iusta sit Orientalium expostulatio, aut quod Constantius rescripto vetuit Occidentalii Concilio, scilicet ne de rebus Orientalibus pronuntiaret; (qua de re dissertationem satis copiosam, si res usui futura sit, in publicum fortasse emittemus) sed id tantum pertendo, eam fuisse illis, imò & superioribus temporibus, Ecclesiae disciplinam, ut Occidentales Ecclesias in unum veluti corpus compactas, ab Orientalibus discernerentur. Et ne quis excipiat me testimoniis schismatricorum uti, laudabo ipsum Ambrosium & Aquileiense Concilium ex Episcopis Occidentalibus conflatum, qui Aquileiam convenerant Imperatorum ius-
su. Querebatur Palladius Episcopus, Ariana hæreseos reus, se nisi generali & pleno Concilio respondere non posse, nempe absensibus sacerdotibus Orientis, ad quos prefatus Italie littere dederat, ut colligeret

Celestius in ap. ad. Nettor. *Pelagianos etiis unita sententia Oriens Oecumenus percepit.* Ubi etiam ex xii. Epistola Uxoriorum. *Oriens ad sanum famam seruandam mecum reveras etiam Orthodoxy. Occidentem Episcopatu concordare.* Damascus in ep. Syn. apud Theod. l. 3. c. 3. De hac ipsa fide cum Episcopatu Oriente, non Occidente, nobis scimus quae glorietur confundere. Sit Iustus in eo ad Hymn. c. 1. *Quod estiam totum Oriens Oecumenus qui coauit.* In hoc, in Decr. c. 5. *Nos autem, omnesque per Orientales & Occidentales Ecclesias.* Greg. in 7o. *Si tu tales es, tu non es nisi per christum unius regis.* Propterea enim dicitur in 1o. Cor. xii. 12. *Si tu existas in Christo, tu existas in me.* Ut in ecclesia Concil. Ephes. part. 2. Act. 1. *existimatis nos qui sumus Christi legationis.*